

Johann Georg Dorsche Ulricus Deckerus

Exegesis In Augustanae Confessionis Partem Alteram Articulos Abusuum complexam cuius Disputationem I.

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740006606>


Druck Freier  Zugang



RU med. 1656

Dornheus, Johann Georg

Verf.: Decker, Ulrich



31

EXEGESIS
IN
AUGUSTANÆ CONFSSIONIS
PARTEM ALTERAM
ARTICVLOS ABVSVVM
complexam
cujus

DISPUTATIONEM I.
DEO PATROCINANTE

*Magnificus, maximè Reverendus, Amplissimus
& Excellentissimus*

DN. JOHAN: GEORGIUS DOR-
SCHEUS, S. S. Theol. D. ejusdemq; in aimá hâc
ad Varnum Professor longè celeberrimus, Ducalis Con-
fistorij Assessor & Consiliarius primarius gravissimus,
Patronus, Promotor & Præceptor suus omni ob-
servantiæ & reverentiæ cultu colen-
dus proponit

RESPONDENTE
ULRICO DECKERO HAMB;
S. S. Theol. Stud.

In Auditor. Major. d. 12. Januay.


ROSTOCHII,
Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typog.
Anno M. DC. LVI.

QUod, DECKERE, tibi quondā prædixim⁹, una
Cum Witeberga sibi servaret, id exitus ipse
Comprobat in præsens; plausus exinde ciemus
Ingentes variosq; , ut eant vel juba cælo:
Pertentant etenim fidos mera gaudia amicos,
Quando suis certum est socijs sic cedere cuncta,
Sic & in ipsorum conjuravisse salutem.
Omnia, ut eventu meliori cuncta peracta,
Fallor, an? explebis, quæ de te dicere quondā
Commemini: DEDEKENNUS eris, DECKERE ma-
nuq; ,

Qui vultu talis: *transit* namq; *incluta patrum*
In sobolem virtus cum sanguine: transit & in te
Maternus DEDEKENNUS avus; redivivus & ipse
Diceris tandem DEDEKENNUS; ab ore tuoq;
Enthea manabit vox, optima vox DEDEKENNI!

*Scrib. DECKERIANI NOMINIS generisq;
cultor & amicus perpetuus*

M. Eberhardus Müller.





EXEGESIS
In
AUGUSTANÆ CONFSSIONIS
PARTEM ALTERAM.
Cujus
PROOEMIUM.
ARTICULLIN QUIBUS RECENSENTUR
ABUSUS MUTATI.



Um Ecclesie apud nos de nullo articulo fidei dissentiant ab Ecclesia Catholica, tantum paucos quosdam abusus omittant, qui novi sunt, & contra voluntatem canonum, vitio temporum, recepti, rogamus, ut Cæsarea Majestas clementer audiat, & quid sit mutatum, & que fuerint cause, quominus coactus sit populus illos abusus contra conscientiam observare. Nec habeat fidem Cæsarea majestas istis, qui, ut inflamment odia hominum adversus nostros, miras calumnias spargunt in populum. Hoc modo, irritatis animis honorum virorum, initio præbuerunt occasionem huic dissidio, & eadem arte conantur nunc augere discordias. Nam Cæsarea Majestas haud dubiè comperiet, tolerabiliorem esse formam & doctrinæ & ceremoniarum apud nos, quam qualem homines iniqui & malevoli describunt. Porro veritas ex vulgurum moribus aut maledictis inimicorum colligi non potest. Facile autem hoc judicari potest, nihil magis prodesse ad dignitatem ceremoniarum conservandam, & alendam reverentiam ac pietatem in populo, quam si ceremonie ritè fiant in Ecclesiis.

A

CA.

2
IN ARTICULOS
CAPUT I.

EXEGESIS ARCHETYPÆ.

EA spectat tum inscriptionem proœmii, tum proœmium ipsum. Inscriptio in germanico exemplari hæc est. *Articel von welchen Zwispalt ist / da erschlet werden die Mißbräuch / so geändert sein.* Utraq; à Confessoribus approbata, utraq; Cæsareæ Majestati exhibita, utraq; in archivum imperii illata. Nullius inde Confessores variationis illicitæ accusandi. Inscriptio paulo aliter se habet in edit. Witeb. in 8. Anno 1541. *Articuli de abusibus, qui in externis ritibus mutati sunt.* Et hæc etiam relata est in opera Phil. Melanchthonis Tom. III. Sed non est authentica, utpote privato ausu facta. Nec in re ipsa quicquam subvertit. Planè nulla extat inscriptio in editione A. C. quæ extat in corpore doctrinæ Christi. Phil. Melanch. Anno 61. Nec aliqua reperitur in edit. Heidelberg. German. in 4. Anno 1558. Editio quam Andreas Fabricius Leodius in *Harmon. Conf. Aug.* ex prototypo, ut ait, depromsit, incriptionem ita format: *Articuli, in quibus recensentur abusus mutati, & primum, de utraq; specie.* Sed ista quidem nihil ad Confessorum reprehensionem faciunt. *Proœmium ipsum* Germanicè paulo aliter conceptum est, ita tamen, ut nihil quod detrahat aut contradicat, complectatur. Ita enim habet translatum. *Cum ergo de articulis fidei in nostris Ecclesiis nihil doceatur contra Sacram scripturam aut universalem Christianam Ecclesiam, sed tantum abusus aliqui mutati sint, qui partim temporis progressu irruerunt, partim vi introducti sunt, necessitas requirit, eos enumerare & causas exhibere, cur in his mutatio admissa sit, ut Cæsarea Majestas judicare possit, nihil hic contra Christianismum aut temere factum esse, sed quod per Dei mandatum, quod merito plura estimandum, quam quævis consuetudo humana, adacta fuerimus, ejusmodi mutationem concedere.* Conspirat utrumq; Latinum & Germanicum proœmium pio candore ad unum scopum. Variant hic editiones Heidelberg. Germ. in 4. Anno 1558. & Corp. doctr. Christi Anno 1561. cum ambæ omittunt, *Welche zum theil mit der Zeit etnge rissen, qui partim temporis progressu irruerunt.* Quod & fit in edit. quæ est Tom. 6. Jen. germ. fol. 368. fac. b. At verò editio Anno 1541. Witeb. quæ est. T. 3. op. Ph. Mel. planè omittit hoc proœmium, aut certè cum clausula partis I. quæ XXI. articulos habet, confundit. Videtur enim

ABUSUUM DISP. I.

5

enim, quod in prototypo genuino à Confessoribus in Comitibus Cæsareæ Majestati exhibitum est, in hæc verba commutatum à Philippo Melanct. idq; privato consilio & more quodam ejus, quo nullum unquam etiam suum opusculum in iteratis editionibus ita repræsentavit, uti in prima exhibuerat. Sic ergo loquitur: *Articuli nostri, quos recensuimus, satis clarè testantur, nos nullum dogma contra Catholicam Ecclesiam, nullam impiam aut seditiosam opinionem docere, aut probare. Imo quosdam insignes articulos fidei & doctrinæ Christianæ à nostris pie & utiliter illustratos esse. In externis traditionibus abusus quidam mutati sunt, quarum etiam, si qua est, dissimilitudo, si tamen doctrina & fides pura sit, nemo propter illam traditionum humanarum dissimilitudinem habendus est hæreticus, aut desertor Catholicæ Ecclesiæ. Nam unitas Catholicæ Ecclesiæ consistit in doctrinæ & fidei consensu, non ita traditionibus humanis, quarum semper in Ecclesiis per totum orbem magna fuit dissimilitudo. Nec vero fidem habeat Cæsarea Mai. his, qui, ut odia contra nos inflamment, miras calumnias spargunt. Prædicant, omnes ceremonias, omnes bonos mores in Ecclesiis deleri à nobis. Hæc crimina aperte falsa sunt. Nos enim & ceremonias divinitus institutas summa pietate conservamus, &, ut earum reverentiam auferemus, tantum novos quosdam abusus, ustulimus, qui contra scripturam, contra veteres canones, contra veteris Ecclesiæ exempla sine ulla certâ autoritate, vitio temporum recepti sunt. Ac magna ex parte veteres ritus diligenter apud nos servantur. Quare rogamus, ut Cæsarea Majestas clementer audiat, quid in externis ritibus servetur, quid qua de causa mutatum sit. Interim nihil & hic contra scopum archetyporum exemplarium reperitur. Multaq; graviter monentur, quæ alias locum habent; hic vero, velut coram Cæsarea Majestate Augustæ Anno 1530 dicta, impertinentur allegantur. Satis hæc de revocatione ad archetypum.*

CAPUT II.

HARMONICA.

Respicit hoc præemium, cum de mutatione abusuum defensa loquitur, ad id, quod NOTORIUM fuit. In omnium sermone, erant querelæ de abusus. Conf. dissertat de singularibus & mirand. docum. prov. div. circa A.C. documento I. & XI. Hinc etiam Cæsarea Majestas, ut verba propositionis Cæsareæ Anno 1530. in Com. Augustanis habent, *Amantèr & clementissimè ac diligentissimè ac seridè petis, ut Electores, Prin-*
da
cipis

IN ARTICULOS

4
*cipes & ceteri status in his omnibus, quantum ad unumquemque pertinet, consentiant, & promovendi negotii causa, unusquisque juxta Cæsareæ Majestatis literas indictionis, suam opinionem & sententiam de presentibus fidei controversiis & de ABUSIBUS, quos Ecclesiastici contra politicos & vicissim politicos contra Ecclesiasticos, vel inter se ipsos fortassis habent, germanicè & latinè scriptis comprehensus exhibeant, ut hæc dissidia & controversie rectius intelligi & expendi, & ad unam concordem & Christianam veritatem citius reduci & componi possit. Et jam ante in Conventu Ratisbonensi Anno 1524. Laurentius Campegius Card. Legat. Ap. in decreto, quod est apud Bzovium Tom. 19. *Annal. n. u. p. 523.* scripserat, Lutheri censuras non parvam habuisse occasionem partim à perditis moribus vitæ Clericorum, partim ob non diutius dissimulandum sacrarum sanctionum Ecclesiasticarumq; constitutionum ABUSUM, ac proinde non parum momenti fore extirpandæ hereticorum Lutheranorum & eorum sequacium sectæ, si Clerici ad honestatem vitæ moresq; suos illos, quos D. Paulus exigit & præscribit, debita censura reducti, ABUSUSQ; Laicos malè offendentes sublatis fuerint. Eripse Carolus V. Anno 1526. Granatà prolixis Clementi VII. exprobravit literis, quod contraria Deo, Prophetis & ipsi Christo in imperio molitur. Dat. 17 d. Sept. Rursus 8. Oct. A. 1526. Granatà ad Collegium Cardinalium queritur, Papam æternum exitium corporibus & animabus parare, Ecclesiæ thesauro ABUTI &c. Collimat ad ABUSUS tollendos etiam præfat. ad Articulos Schmalcaldicos §. *Ut a. redeam ad rem. & §. Præter hæc.**

CAPUT III.

CRITICA

§. 1.
*Crisis
 Cochlei.*

Confutatio Theologorum à Carolo V. contra A. C. collectorum nihil notat contra præmium hoc. Joh. Cochleus in Act. Lutheri Anno 1530. p. 207. *Post confessionis exordium, inquit, commemorantur XXI. articuli de fide ipsorum. Deinde annectuntur alii articuli, in quibus recensentur abusus, ut ajunt, mutati, quorum tituli sunt, de utraq; specie, de conjugio sacerdotum, de Missa, de Confessione, de discrimine ciborum, de votis Monasticis, & de potestate Ecclesiastica. In Articulis de fide multa dissimulabant, quæ antea aliter docuerant. In articulis de abusibus poterat astutus ille architectus vel manifestorum argui mendaciorum. Ait enim: falso accusantur Ecclesiæ nostræ, quod missam aboleant. Retinetur enim*

enim Missa apud nos & summa reverentia celebratur. Servantur & usitatae ceremonia ferè omnes, præterquam quod Latinis cantionibus admiscerentur alicubi Germanicæ. *At manifestum erat omnibus, Lutherum multis ante annis & librum de abroganda Missa privata scripsisse, & s. canonem tam majorem quam minorem explosisse, ipsumq; sacrificium tum Latinè in libro de Captivitate Babylonica, tum Theutonice in sermone de N. Testamento sustulisse ac abnegasse. Atq; & postea contra Missam rursus plurima scripsit, quæ piis auribus abominanda sunt, non solum in eo libro Theutonico, quem de Missa angulari & Sacerdotum consecratione inscripsit; sed etiam in quadam epistola optat, ut apud omnes homines tanta foret inter Missam & Sacramentum differentia, quanta est inter tenebras & lucem, imò inter Diabolum & Deum. Optat insuper tale cor omnibus bonis Christianis, ut quando audierint hanc vocem Missa, exterreantur, seq; benedictione muniant, tanquam contra Diaboli abominationem. Sic & de confessione ait in mendaci confessione sua Philippus: Confessio apud nos in Ecclesiis non est abolita. Non enim solet porrigi corpus Domini nisi antea exploratis & absolutis. At constabat planè, nullum Lutheranorum intra X. annos ritè sua peccata occulta confessum esse. Sic Cochleus, Male profecto argumentatus, dum colligit; Lutherus Missam privatam, canone suo idololatræ contaminatam, & ex vulgi usu æstimatam abominatur. E. mentiuntur Confessores Principes & Status, cum coram Cæsare ajunt: Falso accusantur Ecclesiæ nostræ &c. Et rursus; intra X. annos nemo Lutheranorum occulta sua peccata auriculari illa, & rigorosa confessione exposuit. E. mentiuntur Confessores Principes & Status, cum coram Cæsare ajunt; Confessio apud nos non est abolita &c. Confundit enim apertè Missam & Confessionem in se, & ex piæ antiquitatis instituto consideratam, cum Missa novitiis additamentis & inquinamentis implicata, & confessione ad exquisitam occultorum peccatorum enumerationem restrictâ. Sed hæc specialia suo loco. Mirum, quod Cochleus non plura mentitus sit mendacia. Alf. Virvesius, Joh. Hofmeisterus, Georg. Cassander proœmium non tangunt. Andr. Fabricius Leodius in harm. p. 341. acerbissimè in Andr. Fabric. Leod. proœmium debacchatur, Propheta nostri Aquilonares, inquit, ut in prioris partis sue Confessionis epilogo, ita & hic, ne palam & apertè hereticos se esse testentur, deterisa prorsus fronte affirmant, se nihil aliud docere aut præfiteri, quam habeat Ecclesiastica definitio: Ecclesiæ, inquit,*

§. 2.

§. 3.

IN ARTICULOS

unt; apud nos de nullo articulo fidei dissentiunt ab Ecclesia Catholica. 2. fingunt, se tantum paucos quosdam abusus reprehendere, qui novi sunt, & contra voluntatem Canonum vitio temporum recepti: cum, si ABUSUS duntaxat castigandos suscepissent, nunquam tanta turba in Christi familia extitura fuissent; quia ejus rectores & pastores, qui fuerunt meliores, eo ardentius omnes maculas & ABUSUS sublato cupiverunt, & hodie etiamnum desiderant. & post: Speciosus est istus ABUSUUM titulus ut eorum obtentu, quicquid pium, quicquid sanctum, quicquid honestum, quicquid Reip. Christianæ est salutare & necessarium, perrumpant, summant, barbariem in mores hominum invehant. 3. quod inter novus abusus referunt, quod Canonibus repugnare dicunt, quod vitio temporum receptam affirmant, hoc esse ipsissimam Ecclesiæ Christi traditionem, hoc esse antiquam fidelium doctrinam, hoc Ecclesiasticis legibus respondere quisque intelligere poterit, qui Christianam doctrinam ex Patrum monumentis hausserit. Hisi juxta Prophetæ consilium interrogentur, quid de veritate sentiendum sit, non obscure respondebunt; Qui hic Cæsaream M. rogant, ut clementer audiantur, qui populum Christianum ab usitata doctrina sevocarunt, & pretextu ABUSUUM homines ad inobedientiam pertrahunt, si veteres illi Ecclesiæ scriptores consulantur, vanissimi & crudelissimi animarum parricide esse deprehendentur. Qui Cæsaris clementiam hic requirunt, perinde petierint, ut deterrimas Christiani imperii pestes ejus Majestas soveat & tueatur. 4. non habeat, inquit, fidem Cæsareæ M. istus, qui ut inflamment odia hominum adversus nostros, miras calumnias spargunt in populum. Sed inflammatores non alij, quam antiquæ fidei & Apostolicæ traditionis propugnatores. 5. affirmant, haud dubie tolerabiliorem esse & doctrinæ & ceremoniarum formam apud se, quam apud alios. Credimus sanè si suum ingenium & cupiditates spectent, tolerabiliora esse, quæ ipsi proponunt & sequuntur, quam quæ secundum Ecclesiæ Cath. per scripta exiguntur. Quid enim flagitiosius Apostatis gratius esse queat, quam in locum divinæ servitutis abdomini servire? quid illis tolerabilius, quam proculcato spiritali sacrificio sacra Veneri & Beelphegor erigere? quid profanatoribus religionis magis acceptum, quam omnem potestatem & justitiam, ne ulla dent pœnas, pedibus substernere? 6. adjiunt, nihil magis prædesse ad dignitatem, conservandam ceremoniarum & alendam reverentiam ac pietatem in populo, quam si ceremoniæ rite fiant in Ecclesiis. Non satis, quid velint, assequitur. Nam si rationem, quod suspicamur, reddere velint, quare ipsorum

eporum doctrina & ceremonie sint tolerabiliores, quam Catholicorum, nihil sane agunt. Illud siquidem in rebus sacris rite fit, quod ex more bene fit & recte. Longo sc. usu & in veterata consuetudine apud pios omnes hoc comprobante. In sola igitur Ecclesia Catholica, quae longa serie temporum tradita fideliter conservat, dignitas ceremoniarum invenitur, divinarum legum reverentia alitur, & pio cultu populus in officio continetur &c. Ista relectis infinitis maledictis adhuc satis maledictis Leodius in summa. §. 4. Acutius viderunt Leodienses prisca adversus Paschalem II. Ecclesia geratur, cum inquit, se desertam a sano Praesulū consilio. Quae enim major olim confusio fuit in Babylonia, quā hodie est in Ecclesia? cum protestantur, Maledictum excommunicationis, quod ex novella traditione Hildebrandus, Odardus & iste tertius indiscretè protulerunt, omnino abij. imus, & PRIORES sanctos PATRES usq. nunc veneramus & tenemus, qui dictante spiritu sancto, non animi motu; in majoribus & minoribus potestatibus graviter delinquentibus, quaedam dissimularunt, quaedam correxerunt, quaedam toleraverunt. Quia igitur antiquae regule inhaeremus, & non omni vento doctrinae circumferimur, ecce und. excommunicari dicimur? Vide integram Tom. III. Concil. part. 2. pag. 426. & s. & de ea Card. Baronium Annal. Tom. XII. ad an. Chr. 1102. n. 18. 19. atq; Philipp. Mornæum in myst. inquit. pag. 61. Sed respondeamus ad Criminationem I. Verè dixerunt Confessores, Ecclesias suas in nullo articulo fidei dissentire ab Ecclesia Catholica. Ecclesia Catholica rectissime cognoscitur ex scripturis, quas illa, tanquam Sponsa, tabularum dotalium instar, perpetuis instrumentis continuatas producit. Ab his ne latum quidem unguem eos recedere, vel id documenti loco esse poterit, licet necessarium non sit, quod nullum illorum dogma hactenus produci potuerit, cui probatam aliquod Concilium, tanquam contrario veritati Apostolicae, praescripserit, aut contradixerit, quod non idoneis ex sanctissimo Patrum choro fundamentis comprobari & stabiliri potuerit, quicquid sit de singularibus, privatis, incertisq; veterum opinionibus. Imo quod nullius dicti s. literarum, ad articulos fidei controversos probandos adhibiti, interpretatio talis ab ipsis usurpata fuerit, quae non jam olim S. Patribus comprobata sit. Hoc subodorati Pontificij jam de tabulis sive dotalitiis sive testamentariis disputant; quasi ignotum esse queat, quae nam illae sint, aut non quilibet aut quilibet, cui dotis & hereditatis coelestis possessio curae est, tantum ex illis intelligere possit, quantum desiderat, quid

quid absurditatum ex ista assertione eliciat Valerianus Magnus Capucinus in *A Catholicorum Credendi Regula* per tot. Male vero ab Africo (Leodienes: *De terra horribili à Romana scil. Ecclesia visio dura nunciata est, inde turbo venit, in tempestas ab Africo*) incitatus criminator confessorum verbis hanc interpretationem affingit, quasi dicerent, se nihil aliud docere, aut profiteri, quam habeat Ecclesiasticæ definitionis traditio. Non enim omnis Ecclesiasticæ definitionis traditio est Ecclesiæ Catholicæ definitio. Multa in Ecclesia perperam definita sunt. *Ecclesiasticæ definitionis traditio & Ecclesiasticum dogma* Fabricio idem sunt. Non autem omne Ecclesiasticum dogma est Catholicæ Ecclesiæ definitio. Ad 2 non fingunt Confessores, cum dicunt, *se tantum paucos ABUSUS omittere, qui vitio temporum contra Canones irrepperunt*. Agnoscit ipse Fabricius abusus irrepsisse, utiq; contra Canones, quos hodie etiamnum sublato desiderat. ABUSUS se omisisse, probant & adhuc probare successores parati sunt, instructi etiam ex Pontificiis castris suffragatoribus. Paucos se omisisse dicunt, vel quia plures non receperunt: fuerunt enim gradus in recipiendis abusus sub Papatu: vel quia in his paucis numero virtute plures continentur, & his submotis concidunt. Turbæ in familia Christi à subreptitiis domesticis excitatæ sunt, non à Confessoribus. Verum summumq; Dei cultum pristino simplicissimoq; nitore reddere, non funditus evertere, submoto novo in Missam introducto sacrificio, Confessorum, consilium fuit. Fœdissimas libidines, stupra & sacrilegia extingvere, extenso ad Clerum conjugio, non confirmare & laudibus evehere, voluerunt. Cupiditates in ordinem redigere, per malè juratorum erroneam conscientiam ad vaga quæq; excurrentes, non juramenti sanctitatem dedecorare, ut Pontificii faciunt, non cupiditatibus habenas laxare instituerunt. Tyrannidem deniq; à potestate Ecclesiastica separare docuerunt. Sunt enim in his abusus maximi à Confessoribus in Papatu observati. Ad 3. Falsum est, quod Leodius dicit, id, quod Confessores dicunt, canonibus repugnare, & inter abusus computandum esse & vitio temporum receptum, esse ipsissimam Ecclesiæ Christi traditionem & antiquam fidelium doctrinam. Aut enim isti ABUSUS à Christo Ecclesiæ traditi dicuntur, cum dicuntur Ecclesiæ Christi traditio, aut ipsa Ecclesia Christi dicitur istos tradidisse. Si hoc, non fecit, ut Ecclesia Christi. Si illud, probandum est, quod dicitur, ex eo, quod

ABVSVVM DISP. I.

eo, quod certò constat Ecclesiæ à Christo traditum esse. Qui hic Cæsaream Majestatem rogant, illi ab ipsa nequaquã vanissimi & crudelissimi animarum parricidæ habiti fuerunt. Patet hoc ex eo, quod plerorumq; ABVSVVM, quos se ipsos omisisse Protestantes profitentur, imprimis communionis sub una & cœlibatus Clericorum, abrogationem ipsa C. M. & diversi Reges Principesq; ut ostenderet suo loco, à Pontifice postularunt. Ad 4. Verè antiquæ fidei & Apostolicæ traditionis propugnatores non possunt odia Procerum inflammare adversus Confessores, sed potius propugnabunt hos. Ad 5. Tolerabiliorem esse & doctrinæ & ceremoniarum formam apud Confessores, quam sub Papatu, apertissimum est. Ibi enim contra intolerabilem imprimis ceremoniarum & observationum multitudinem, jam dudum, etiam ante Lutherum, querelæ passim sonuerunt. Et certior omnino, adeoq; tolerabilior ceremonia est, quæ integrum sacramentum dispensat, ut verba institutionis Christi repetita habent, quam quæ, ommissa ceremonia dispensationis vini, solum panem exhibet, quæ miris demum palliationibus excusatur. Sic & de cæteris sentiendum est. Non est divina servitus, quæ cum onere & scrupulo conscientiæ ad cœlibatum impurum adstringit. Non est spirituale sacrificium, quod iterat incruento modo sacrificionem Christi. Non est justa potestas, quæ spirituales & civilem confundit. Ad 6. Facile intelligere potuisset, quid velint Confessores, cum dicunt, *nihil magis prodesse ad dignitatem ceremoniarum conservandam & alendam reverentiam ac pietatem in populo, quam si ceremoniæ ritè fiant*, nisi Fabricium furor adversus veritatem occupasset. Ceremoniæ vel sunt divinitus institutæ, vel humanitus introductæ. Illæ ritè fiunt si servantur ex institutione & sic suam conservant dignitatem, aluntq; in populis reverentiam ac pietatem. Hæ, si intra terminos consistant, neq; immodicè augeantur, ut plus in ceremonijs, quam mysterijs religio collocetur, etiam RITE fiunt & eum scopum quodammodo assequuntur. Hoc in Papatus ceremonijs desiderant Confessores. Card. Bellarm. in *Jud. de libr. Concord. mendacio XII. ad præem.* nostrum ita scribit: *Hæc verba mendaciæ arguuntur ab ultima parte huius Concordiæ, ubi ea de Christo docent, quæ cum Symbolo Apostolico, Nicæno & Athanasii pugnant. Illud autem non est prætereundum, quod cum dicunt, se ab Ecclesia Catholica non dissentire nisi propter paucos eosq; novos abusus, si*

S. S.
Crisis R.
Bellarmin.

B

per

per Ecclesiam Catholicam intelligunt eam, quæ nunc patet Romano Pontifici fatentur, se extra Ecclesiam Catholicam esse. Et sanè viderint ipsi, an propter paucos abusus ab Ecclesia Catholica separari licuerit. Si verò per Ecclesiam Catholicam intelligunt aliquam antiquam Ecclesiam, mentiuntur, cum dicunt, hos abusus esse novos; fuerunt enim in antiqua Ecclesia, si illa est ea Catholica, à qua non dissentiunt, nisi ratione abusuum. Ita Crisis Bel-

§. 6. larmini. Dicimus I. Concordia, quatenus tradit, Christo, quæ homo Refutatur. est, communicatam esse majestatem omnipotentis, oransipientis, Doctrina virtutem infinitam vivificandi, omnia præsentè gubernandi &c. non de Majest. evertit, sed explicat doctrinam symboli Dei, ut ostensum est alibi. Christi ho- Vide disp. jubil. nostram ad August. Confess. A. 1630. cap. 2. §. 23. & 27. Determinis non tionem malæ fidei Papalis circa fund. pro Trinit. classe V. sect. 2. §. 2. 3. An- separar ab i. Corneum in vind. dedicat. Intervent. q. 1. p. 3. & seqq. Quidquid namq; Ecclesia in Christo est, cui tribuitur in l. l. sessio ad dextram Dei omnipotentis, Catholica, id est apud omnes Creaturas, & in earum regimen divinum efficaciter influit. At Christo etiam juxta h. n. in l. l. tribuitur sessio ad dextram Dei. E. & juxta h. n. est apud omnes Creaturas, & in earum regimen divinum efficaciter influit. Sed de isto mylterio fusius in Pentadec. diff. Acad. disp. 12. 13. 14. 15. Notamus II. non dicere Confessores, se ab Ecclesia Catholica non dissentire, nisi propter paucos eosq; novos abusus, ut quidem Bellarminus illorum verba acceptat. Neq; enim Confessores ullo modo præ se ferunt, quod in aliquibus ab Ecclesia Catholica, quæ Sponsa Christi perpetua est, dissentire velint. Neq; dicit Confessio, quod illi abusus, quos omiserunt Confessores, sint Ecclesiæ Catholicæ imputandi, licet aliquas Ecclesiæ Catholicæ partes obruerint. Neq; Ecclesia, quæ nunc patet Rom. Pontifici in omnibus & singulis ei adherendo, est Ecclesia Catholica, sed portio ejus, licet depravata & antichristianismo infecta. Neq; eam ipsi Confessores intelligere poterunt. Non itaq; se separarunt ab Ecclesia Catholica, sed ab infectione ejus, aut hanc potius à se separarunt. Hos autem abusus non fuisse usurpatos in antiqua Ecclesia Catholica certissimum est, nec ipse Bellarminus solidis testimonijs istos in triseculari aut quadriseculari anti-

§. 7. qua Ecclesia ostendere potuit, ut suo loco apparebit. Imo & quinto, Crisis 30. sexto, septimo & octavo seculo, nec omnes, nec tales & tanti compa- torū Dillin ruerunt. Jcti Dillingenses in Comp. Paris cap. 3. quæst. 14. ita formât:
Recte

Reclēne egerunt Confessionista, quando in Confessione sua Casari oblata accidentales ritus morumq; decreta separarunt à fidei articulis? Resp. Haud dubiè inter ista maximum discrimen est. Nam fidei articuli divinam infallibilem obtinent autoritatem, ita ut nulla in eos temporis progressu immutatio, variatio, aut relaxatio cadere possit. At verò ritus accidentales morumq; decreta sunt proprie dictæ leges, eaq; ab Ecclesia instituta, quæ proinde pro temporum ac locorum varietate mutari, variari, aut relaxari possunt. Talia sunt decreta v. g. de jejunijs, abstinentia à carnibus, cœlibatu Clericorum. Tales sunt ritus & statuta accidentalia, ut baptismus v. g. cum una aut tria mersione conferatur, eucharistia sub una tantum, non sub utraq; specie sumatur. Nam olim in Ecclesijs fideles quandoq; sub utraq; quandoq; sub una specie communicabant, postea v. ob varias causas congruentius visum fuit, ut uniformis modus communicandi sub una specie à Laicis retineatur, cum idem Christus verus Deus & homo tum sub una, tum sub utraq; specie contineatur, eademq; sit virtus sacramenti. Igitur sive sub una sive sub utraq; specie communicatio detur, non variatur veritas Eucharistiae, aut fidei articulus, sed ritus tantum accidentalis. Lutherus de capt. Babyl. Tom. 2. VViteb. fol 70. Non quod peccent in Christum, qui una specie utuntur; cum Christus non præceperit ulla utri, sed arbitrio cuiuslibet reliquerit, dicens, quotiescunq; hæc feceritis, in mei memoriam facietis. In eo autem Confessionista errarunt, quod ex abusu quarundam rerum ipsum usum tolli cupiebant, quia indulgentiæ, missæ quotidiana, cum turpi questu & exactione, à quibusdam ministrabantur, idè eas omninò abolendas intulerunt. Ex vitijs Cleri, sacerdotum aut Monachorum quorundam fornicatione Clerum, consuetudinem, vota Monastica eliminando omninò collegerunt. Reformationem Cleri & Monasteriorum petere debebant, non eliminationem. Quid enim tam sanctum est, quo non aliqui abutuntur? Nonne Prophetarum & Apostolorum scripta sacra sunt & tamen multi, vid. hæretici, ijs abutuntur. Ideone tollemus s. scripturas? Absit. Sic Jcti. Sed illi i. malè præsumunt, Ecclesiam habere potestatem condendi leges obligantes in conscientia de Refutatur. jejunijs illis statis, de abstinentia à carnibus & de cœlibatu. Nam par- I. tîm carniū esus & conjugium, non ita sunt in potestate Ecclesiæ, ut Ecclesiæ carnes religionis intuitu certis diebus interdiciere, & conjugium certo potestas hominum ordini denegare possit. Conf. Hodegetici nostri Antikirch circa con- prelimin. §. 28. p. 157. & seqq. ass. ad 39. p. 214. Ita & de jejunijs se rem jugium & habe. carnes quæ?

habere, ostensum §. 39. l. cit. partim etiam forma finisq; non est ita comparatus, ut legem verè Ecclesiasticam stabilire queant, uti suo loco ostendetur. Conf. Stephan. Fagundez de præceptis Eccl. præc. 4. lib. 1. c. 10. n. 15. ubi dicit, jejunium Pontificium esse instar alarū, quibus deposito terrene gravitatis pondere in cælū ac sublime ferimur. Deducit id ex Basilij. hom. de jejunio. Sed is de jejunio isto legis Ecclesiasticæ non loquitur. Certè constituere ejusmodi alas, quibus deposito terrene gravitatis pondere in cælum ac sublime ferimur, non est in potestate Ecclesiæ.

11. 2. Adhuc pendente controversia, an cœlibatus sit jure divino ordinibus sacris annexus, an verò Apostolico aut Ecclesiastico antiquissimo? non possunt cœlibatū inter ea recensere, quæ pro temporū aut locorum varietate mutari, variari aut relaxari possunt. Nam quæ jure naturali ordinibus sacris connexa sunt, ea in illis nulla temporum aut locorū varietate mutari vel variari, multo minus ab iisdem separari aut relaxari possunt. Pleriq; quidem censent, solo jure Ecclesiastico annexam esse continentiam ordinibus sacris. Thomas Aquinas 22. q. 88. art. 11. Thomas Cajetan Tom. 1. opusc. tract. 27. de dispens. matr. in occid. Eccl. q. unic. §. Videtur autē mihi. Joh. Gandavens. quodl. 1. quæst. 38. Alf. de Toft. Abul. Ep. Numer. 30. q. 109. col. 4. Deza in 4. sentent. dist. 33. quæst. unic. art. 3. notat. 3. Antoninus Florentin. in summ. part. 2. tit. 10. cap. 2 §. 9. & part. 3. tit. 1. cap. 8. conclus. 2. Joh. Viguerius Granatensis Institut. Theolog. cap. 16. §. 7. vers. 9. Claud. Espencæus lib. 1. de Contin. Sacerd. cap. 3. Paludanus in 4. Sent. dist. 48. quæst. 4. artic. 4. num. 48. Dominic. à Soto Justis. & Jur. quæst. 4. artic. 2. Ovanda 4. Sent. dist. 25. q. unic. propos. 9. Paul. Palacios in 4. sent. dist. 27. disp. 2. & dist. 37. q. unic. conclus. 4. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 35. Henric. Henriquez Theolog. Moral. lib. X. c. 14. n. 7. Petrus de Ledesma de Matrimon. q. 53. art. 3. dub. 1. conclus. 3. Bellarmin. lib. 1. de Cleric. cap. 18. Gregor. de Valent. part. 4. Controv. de Sac. ord. disp. 9. q. 5. p. 5. §. 1. & in opusc. de cœlibat. c. 2. Azorius Institut. Moral. lib. 13. c. 12. q. 1. Aragonius 22. q. 88. art. 11. Ludov. Lopez Instruct. de Matrimon. part. 2. cap. 48. Vivaldus in Candelabr. sacr. part. 1. de Matr. n. 144. Vega Tom. 2. summ. cap. 57. cap. 6. Lalamas Methodo Curat. Anim. part. 3. c. 4. §. 42. Thom. Sanchez de Matrim. disp. 27. libr. 7. n. 5. & infiniti alij. Sunt tamen inter ipsos etiam regni Papalis promachos, qui sentiunt, jure divino annexam esse continentiam ordini sacro.

Joh.

Joh. Major Scotus in 4. Sentent. dist. 24. quæst. 2. Thomas Waldensis de Sacrament. cap. 128. n. 5. & cap. 129 in princ. & de Sacramentalibus cap. 6. n. 6. Franciscus Torrensis lib. 2. de dogmaticis character. fol. 85. col. 1. & 88. col. 2. Didacus Celaja in 4. Sentent. dist. 37. quæst. 1. in fin. Jodoc. Clichtovus de continentia Sacerdot. cap. 4. & Mich. Medina lib. 2. de sacrorum hom. continentia cap. 7. & seqq. Ipse etiã Azorius Instit. Moral. lib. 13. cap. 12. quæst. 1. §. Quamquam autem. eam sententiam probabilem vocat.

III.

3. Illud planè intolerabile est, quod trinam mersionem in baptismo & communicationem eucharisticam sub utraq; in eundem censum rituum liberorũ referunt. Nam omnium primo de mersione aut adspersione sive trina sive una in s. literis neq; vola extat, neq; vestigiũ. Non restringitur communicatio aquæ baptifando per modum lorionis faciendã Eph. 5. 26. Tit. 3. 5. ad adspersionem aut ad immersionem. Conf. anno 1743. marta ad Canon. Apost. num 10 Can. 50. At de communicatione panis & vini in sacramento eucharistiæ, hoc est, de communicatione sub utraq; manifesta extat divinis literis consignata institutio. Quorum autem unum est divinæ institutionis, alterum humanæ liberrimæ dispositionis, ea uno eodemq; censu haberi, quoad mutabilitatem & variationem, nequeunt. Deinde una eademq; materia terrena est, quæ semel, bis terve adspargitur; aqua scilicet. In Eucharistia autem alia materia est panis, alia vinum. Iterum notabilis diversitatis ratio. Tertiõ non est singularis ratio præsentia sacramentalis SS. Trinitatis sub prima, & rursus singularis sub secunda, & iterum singularis præsentia sacramentalis sub tertia mersione. Non est ista discontinua mersio sive adspersio ita comparata, ut sacramentaliter distinctã præsentia sit: sub primã Deus Pater, sub secunda Filius Dei, sub tertia Spiritus sanctus. Neq; enim divina institutio & in ea fundata cœlestis promissio ad unum actum effusionis aquæ præstat præsentiam sacramentalem Dei Patris, ad alterum Filij, ad tertium Spiritus sancti. At in dispensatione panis & vini in sanctissimo Eucharistiæ sacramento se res longe aliter habet. Ibi enim peculiaris promissio præsentia sacramentalis corporis Christi est annexa pani distributo, & iterum peculiaris promissio præsentia sacramentalis sanguinis Christi est annexa vino propinato. Neq; enim distributo pane vi promissionis sacramentalis possumus sacramentaliter esse participes sanguinis Jesu; neq; propinato vino vi promissionis

sacramentalis possumus sacramentaliter esse participes corporis IESU pro nobis crucifixi. *Conf. Consid. declarat. de SS. Cæna Domini edita à Theod. Zvingero dissert. 2. §. 9. pag. 65. & dissert. 8. §. 2. p. 263. Et Schriste mässige Betrachtung der Pr. D. Zwingers vom H. Nachtmal §. 50. & seqq. & pag. 157. & seqq.* Quarto in merfione, qva tali, non est posita ratio formalis ipsius baptisimi. Non enim qvatenus merfio est, sed qvatenus est applicatio aquæ, causam formalem constituit. Itaq; modus est tantum causæ formalis, sed mutabilis & separabilis, quia etiam aspersione aqua communicari potest. At perceptio communicati benedicti calicis pertinet ad ipsam causam formalem communionis Eucharisticæ, sicut & perceptio communicati benedicti panis ad eandem pertinet, ut sint planè actus substantialis utriq;. Ad modum perceptionis referri potest, ut vel panis & calx ore communicantis ex manu dispensantis accipiatur, vel manu communicantis ex distribuentis manu sumatur & sic ori admoveatur, de quo *λήψεως* modo vide dictam considerat. nostram §. 83. Hic variabilis est & mutabilis, manentibus immutabiliter ipsis substantialibus actibus. Id JCtos scire decuerat.

IV.
Lutherus
explicatur

4. Non sequitur, si Lutherus dixit, non peccare eos, qui una specie utuntur, quia Christus utramq; non præcepit, sed arbitrio cujuslibet reliquit, illum propterea existimasse, illam sub utraq; specie communionem esse ritum & usum accidentalem. Diserte enim B. Lutherus in eod. lib. de capt. Babylonica sol. 65. fac. 2. Consonant, inquit, sibi *Matthæus, Marcus & Lucas, Christum dedisse discipulis omnibus totum sacramentum, & Paulum utramq; tradidisse partem, certum est. Ita ut nullus tam impudentis frontis unquam fuerit, qui aliud diceret. His adde quod Matthæus refert, non de pane Christum dixisse, manducate ex hoc omnes, sed de calice bibite ex hoc omnes. Et Marcus item non dicit, manducaverunt omnes, sed biberunt ex hoc omnes, uterq; universitatis notã ad calicem, non ad panem ponens. Quasi spiritus futurum hoc schisma præviderit, quod calicis communionem prohiberet aliquibus, quem Christus omnibus voluerit esse communem. Quanta putas furia insanirent in nos, si vocabulum omnes ad panem & non ad calicem positum invenissent, nullum nobis prorsus effugium relinquerent, clamarent, hæreticos decernerent, schismaticos damnaverent. Et post. Totum sacramentum seu utraq; species in cæna Domini, aut datum est solis presbyteris, aut simul Laicis. Si solis presbyteris, (hoc est, A-*

polte-

postolis ut presbyteris spectatis, non ut fidelibus) id enim volunt, jam nullo modo licet ullam speciem dari Laicis. Non enim temerè dandum est, cui Christus prima institutione non dedit. Alioqui si unam Christi institutionem permittimus mutari, jam universas ejus leges fecimus irritas, & quilibet audebit dicere, se non ligari ulla ejus LEGE aut INSTITUTIONE. Una enim individua tollit in scripturis maxime universalem. Si simul & Laicis, jam inevitabiliter sequitur, Laicis non debere negari utramq; speciem. Quod si denegetur dari petentibus, impie & CONTRA Christi FACTVM & INSTITUTIONEM agitur. Et post Christi verbum & exemplum stat firmissimè, ubi non pe:mittendo, sed PRÆCIPENDO dicit, bibite ex hoc omnes. Si enim omnibus bibendum est, & illud non possit solis presbyteris intelligi dictum, certè impium est, Laicos petentes ab eo arceri, etiamsi Angelus de cælo hoc faceret. Nam quod dicunt, Ecclesie ARBITRIO relictum esse, distribuendâ utram speciem, sine ratione dicitur, sine autoritate producitur, & eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Et post. Satis autem mirror, eos asserere, presbyteris nullo modo licere in Missa unam speciem accipere, sub peccato mortali, nulla alia causa, nisi quod (ut omnes unanimiter dicunt) utraq; species sit unum plenum sacramentum, quod non debeat dividi. Dicant ergo mihi quæso, cur Laicis licet dividi, & soli eis non dari integrum sacramentum? Nonne suomet testimonio consentitur, aut Laicis dandam utramq; speciem, aut una specie non dari legitimum sacramentum? Quomodo in presbyteris non est sacramentum plenum una species, & in Laicis est plenum? Quid mihi ARBITRIUM Ecclesie & potestas Papæ hic jaclatur? Et post. Stat invictus Paulus, omnium obstruens ora, 1. Cor. ii. Ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis. Non dicit, permisi vobis. Nec est verum, propter contentionem illorum utramq; speciem donasse. Primo quod textus ipse indicat, non de utraq; specie fuisse contentionem, sed de contentu & invidia abundantium & egentium, ut clarus est textus, dicens; Alter esurit, alter ebrius est, & confunditis eos, qui non habent. Deinde quod non loquitur de prima sui traditione. Non enim dicit, Accipio à Domino & do vobis, sed accepi & tradidi, scilicet in initio prædicationis, longè ante hanc contentionem, significans, utramq; speciem eis tradidisse, quod tradidisse est PRÆCEPISSE, sicut alibi utitur eodem verbo. Et hæc & alia plura Lutherus in eam sententiam disputat. Nequaquam igitur ille pro accidentali ritu & usu habere potest dispensationem panis & vini in Eucha-

Eucharistiae sacramento. Quod enim in hoc divino mysterio gestum esse immediate circa corporis & sanguinis Christi dispensationem tradit scriptorum divinorum Tetras, id pro accidentali ritu & usu haberi nequit. At panis porrectione immediate corpus Christi, vini porrectione sanguinem ejusdem fontis salutis dispensatum esse, Scriptorum divinorum Tetras Matthæus, Marcus, Lucas, Paulus, tradit, urgente Luthero. Igitur ritus & usus accidentalis ea esse nequit. Nec illud taliter censerî potest, quod Spiritus sanctus in oppositum schismatis ex singularissima providentia adnotavit de Vino ab omnibus participato, quod de pane pariter ab omnibus percepto non fecit, ut ostenderet in antecessum, non minorem esse calicis necessitatem ad communionem Eucharisticam, quam sit panis Eucharistici, cujus tamen participationem sanctus Dei Spiritus præviderit vix unquam in omnibus Ecclesiæ Christianæ seculis omissum iri. Sed nec illud pro accidentali ritu & usu sacramento Eucharistiæ haberi potest, quod totum sacramentum constituit. At B. Lutherus disputat, *totum* sacramentum pane & calice adhibitis, ceu symbolis materialibus externis, constitui. Hinc & observantiam functionis utriusq; speciei existimat LEGE aut INSTITUTIONE constare. Præterea PRÆCIPiendo Christum dixisse, *bibite ex hoc omnes*, asseverat, & nihil in hoc negotio Ecclesiæ arbitrio permissum esse censeret. Omnia ista dicta cum ritu & usu accidentali consistere nequeunt. Quid igitur? Lutherus tamen dicit fol. 66. f. 2. *quod non peccent in Christum, qui una specie utuntur, cum Christus non præceperit ulla uti, sed arbitrio cujuslibet reliquerit, dicens: Quotiescunq; hæc feceritis, in mei memoriam facietis, sed quod illi peccent, qui hoc arbitrio volentibus, uti prohibent utramq; dari &c.* Meminisse debebant JCTi, quando Lutherus ista scripserit, nimirum Anno Christi c1o lxxx. in quo manifeste proficetur, se adhuc in proficiendi conatu atq; assiduitate versari. Ita statim ab initio libri. *Velim, inquit, nolim, cogor indices eruditior fieri, tot tantiq; Magistris certatim me urgentibus & exercentibus. De indulgentijs ante duos annos scripsi, sed sic, ut me nunc mirum in modum poeniteat editi libelli. Hærebam enim id temporis magna quadam superstitione Romanæ tyrannidis. Vnde & indulgentias non penitus rejiciendas esse censebam, quas tanto hominum consensu cernebam comprobari. Nec mirum, quia solus tuncolvebam hoc saxum. At postea Sylvestri & Fratru*
adja-

adjutus, qui strenuè illas tutati sunt, intellexi, eas aliud non esse quam meras
 adulatorum Rom. imposturas, quibus & fidem Dei & pecunias hominum per-
 derent. Atq; utinam à bibliopolis queam impetrare & omnibus, qui lege-
 runt, persuadere, ut universos libellos meos de indulgentijs exurant &c.
 Paulo post eadem sententia; Post hæc, inquit, Eccius & Emserus cum con-
 juratis suis, de primatu Papæ me erudire cœperunt. Atq; hic etiã, ne hominibus
 tam doctis ingrat' sim, confiteor, me valdè promovisse eorũ opera. Nempe cum
 negassem, Papatum esse divini, admisi, esse humani juris. Sed ut audivi & legi
 subtilissimas subtilitates istorum Trossulorum, quibus suum idolum fabrè
 statuunt, (est enim mihi ingenium in his rebus non usq; quaq; indocile) scio
 nunc & certus sum, Papatum esse regnum Babylonis & potentiam Nimrod ro-
 busti venatoris &c. Idem & Luthero contigit in re sacramentaria Non
 damnavit, ut ipse inquit f. 64. fac. i. initio unius speciei usum, sed Ec-
 clesiæ judicio reliquit, utriusq; usum statuendum. Sed postea ulterius
 progressus in hoc libro statuit, negare utramq; speciem Laicis, esse impium
 & tyrannicum, nec in manu ullius angeli, nedum Papæ & Concilij, cujus-
 cunq;. Sic Lutherus, ut ait fol. 65. f. i. in hoc sacramento meditatus PRO-
 MOVIT. Atq; hic promoverè meditationes suas potuisset Luthe-
 rus, ut intelligeret, nec Laicis licere unam tantum speciem petere:
 neq; tantum negare Laicis utramq; speciem petentibus impium &
 tyrannicum esse, sed etiam dare Laicis unam tantum speciem, etiam
 petentibus & contentis, malè factum esse. Cur enim negare Laicis
 utramq; speciem petentibus impium est? quia Christus utramq; spe-
 ciem universis fidelibus in ipsa institutione fundavit; quia Spiritus
 sanctus calicem contra prævisam subreptionem providentissime sta-
 bilivit: quia utraq; species totum & unum sacramentum constituit;
 quia Paulus utramq; speciem ab initio prædicationis suæ tradidit atq;
 præcepit: quia nulla est Ecclesiæ potestas, nullum arbitrium, ut quic-
 quam mutet in hoc sacramento. Atqui eadem rationes efficiunt
 etiam, ut dicendum sit, non posse dari Laicis etiam volentibus unam
 tantũ speciem. Anne enim Laici possunt petere contra institutionem
 divinam? Nonne tam dare quam negare utramq; speciem est contra
 exemplum divinæ celebrationis & institutionis? Nonne non permit-
 tendo, sed PRÆCIPiendo dixisse Christum, bibite ex hoc omnes, agno-
 scit Lutherus? Quomodo fieri potest, ut Sacerdotes obligati sint to-

tum sacramentum Laicis dare, Laici autem non sint obligati totum sacramentum accipere? si una specie non datur Laicis legitimum sacramentum, quomodo Laici non peccant in Christi charitatem, utendo una specie, si una specie non dati legitimum sacramentum intellexerint? Si Corinthijs fidelibus discernere valentibus in universum tradendo PRÆCEPIT utraq; specie frui, ut rursus Lutherus ait, & nullus apex est à S. Paulo præceptus, ut ait idem fac. 2. quem non debeat imitari & servare tota universalis Ecclesia, quomodo dici potest, Christum non præcepisse ulla uti? Anne Christus Paulo adversatur? Absit. In hac ergo consequentia tum nondum promoverat Lutherus, quam deinceps clarissimè perspexit. Videtur autem Lutherus bono animo tum temporis voluisse consulere conscientijs, toties una specie usis, ne consternarentur, si audirent, se toties peccasse, toties non legitimo sacramento usas esse, toties præceptum Christi & Pauli, imò prælagium Spiritus sancti, non attendisse, quoties una duntaxat fruebantur specie. Hinc Lutherus mox pergit dicere; *Culpa non est in Laicis, sed Sacerdotibus. Sacramentum non est sacerdotum, sed omnium; nec Domini sunt Sacerdotes, sed Ministri, debentes reddere utramq; speciem peccantibus, quotiescunq; petierint. Quod si hoc jus rapuerint Laicis & vi negaverint, tyranni sunt. Laici sine culpa vel una vel utraq; carent, fide interim servandi & desiderio integri sacramenti. Sicut baptismum & absolutionem debent petenti, tanquam jus habenti, ipsi Ministri. Quod si non dederint, petens plenum habet fidei suæ meritum, ipsi coram Christo servi nequam accusabuntur. Et post. Itaq; non hoc ago, ut vi rapiatur utraq; species, quasi necessitate præcepti ad eam cogamur, (omnino necessitate & præcepti & medijs cogimur frui utraq; si frui sacramento velimus.) Sed conscientiam instruo, ut patiatur quisq; tyrannidem Romanam, sciens sibi raptum per vim jus suum in sacramento propter peccatum suum. Tantùm hoc volo, ne quis Roman. tyrannidem justificet, quasi rectè fecerit, unam speciem Laicis prohibens, sed detestemur eam, nec consentiamus ei, tamen feramus eam non aliter, ac si apud Turcam essemus Captivi, ubi neutra species liceret uti, &c. Eodem modo & fol. 67. fac. 1. de transsubstantiatione loquitur, cum ait: Permitto itaq; qui volet, utramq; sententiam retinere: hoc solum nunc ago, ut scrupulos conscientiarum de medio tollam, ne quis se reum hæreseos metuat, si in altari verum panem verumq; vinum esse*

esse crediderit; sed liberum esse sibi sciat, circa periculum salutis alterum
 imaginari, opinari & credere, cum hic sit nulla necessitas fidei. Ego tamen
 meam nunc prosequor sententiam &c. 5. Hallucinantur & JCTi in eo,
 quod indefinite pronunciant, olim in Ecclesia fideles quandoq; sub
 utraq; , quandoq; sub una specie communicasse, donec postea con-
 gruentius esset visum, sub una tantum communicare. Illud enim
 OLIM non est tantæ amplitudinis, quanta ex verbis ita indefinite po-
 sitis elucescit. Georg. Cassander de commun. sub utraq; f. 17. Non pu-
 ro, inquit, demonstrari posse totis mille amplius annis in ulla Ecclesia Ca-
 tholicæ parte sstum hoc Eucharistiæ sacramentum aliter in sacra synaxi e-
 mensa Dominica fidei populo, quam sub utroq; panis & vini symbolo, ad-
 ministratum fuisse. Barth. Latomi hæc fuit assertio, quam pluribus
 defensum it in defens. advers. Mart. Bucer. cap. 1. de dispens. Eucha-
 ristiæ F. ij fac. 2. Cum rudis adhuc esset prima Ecclesia, ritum à
 Christo acceptum religiose tenuit, donec docta à Patribus intellexit
 utraq; speciem convenire sacerdotibus, Laicos solo pane contentos esse posse.
 Alexand. ab Ales seculi XIII. anno 25. & circiter florens part. 4. summ. Alexander
 quaest. 32. membr. 1. art. 2. in quaestione de integritate hujus sacramenti,
 ita procedit. In hoc sacramento, inquit, duo sunt, efficacia & significan-
 tia. Potest ergò aliud esse de integritate sacramenti aut quantum ad effi-
 caciã aut quantum ad significantiam. Efficacia hujus sacramenti respicit
 duo sc. rem contentam & significatam, & significatam & non contentam.
 quantum ad efficaciam, in quantum respicit rem contentam & significatam,
 altera tantum species est de integritate; quod in utraq; specie continetur
 totus Christus. In quantum efficacia respicit signatum & non contentum,
 utraq; est de integritate, quod sumto hoc sacramento dignè in utraq; specie,
 major est effectus un'ionis corporis mystici cum capite, quam sumto sub altera.
 Quantum autem ad significantiam, sunt de integritate, quia neutra specie
 significatur res hujus sacramenti, quod Christus quantum ad corpus non si-
 gnificatur sacramentaliter in specie vini, neq; quantum ad sanguinem sacra-
 mentaliter in specie panis. Præterea in hoc sacramento signatur Christus,
 ut est cibus perfecte manducantes reficiens sacramentaliter & spiritualiter.
 Perfecta autem resectio non est in pane tantum nec in vino tantum, sed in
 utroq;. Reficit autem hoc sacramentum non quoscunq; sed manducantes
 spiritualiter. Manducare autem spiritualiter est recognoscere & refici
 circa

V.
 Non olim
 in Ecclesia
 liberū sub
 utraq; aut
 sub una
 communi-
 care.

Thomas
Aquinas

circa ejus passionem, quæ fuit in corporis ejus multiplici afflictione & sanguinis effusione, in quo manifestatur immensa Dei charitas, & in hoc anima perfecte reficitur & delectatur; & ideo utrumq; distinctè signatur, sc. corpus & sanguis. Insuper delectatio & refectio non est in passione, quia passio, sed quia nostra redemptio. Nos enim nostra utilitas delectat, quæ est redemptio nostra corpore & sanguine Christi. Itaq; etsi totum sit in utraq; specie, non tamen per unam perfecte significatur. Fideles autem perfectum sacramentum suscipiunt quantum ad efficaciam, quæ respicit contentum & significatum. Neq; sumtio in una specie est tantæ efficacis, in quantum respicit significatum & non contentum, quanta est in utraq;. Ita Alexander de integritate sacramenti eucharistiæ seculo isto disseruit. Secutus est eum Thomas Aquinas Præceptorem discipulus, part. 3. summæ Angel 9. 74. art. 1. Panis, inquit, & vinum est materia conveniens hujusmodi sacramenti. Et hoc rationabiliter I. quidem quantum ad usum hujus sacramenti, qui est manducatio. Sicut enim aqua assumitur in sacramento baptismi, ad usum spiritualis ablationis, quia communis ablutio communiter fit in aqua; ita panis & vinum, quibus communius homines reficiuntur, assumuntur in hoc sacramento ad usum spiritualis manducationis. II. quantum ad passionem Christi, in qua sanguis est à corpore separatus. Et ideo in hoc sacramento, quod est memoriale dominicæ passionis, seorsim sumitur panis, ut sacramentum corporis, & vinum, ut sacramentum sanguinis. III. quantum ad effectum consideratum in unoquoq; sumentium, quia, ut Ambros. dicit super ep. ad Corinth. hoc sacramentum valet ad tuitionem animæ & corporis. Et ideo corpus Christi sub specie panis ad salutem corporis, sanguis v. sub specie vini pro salute animæ offertur, sicut dicitur Lev. 17. quod anima carnis in sanguine est &c. Ita illi universalem utilitatem utriusq; speciei respectu singulorum fidelium satis superq; explicant. Interim, quia hypothelin illam fovent, sub unaquaq; specie, sacramentali etiam presentia, adesse totum Christum, tandem semina jecerunt, nonne roudes Vias. Ita n. Alex. ab Ales. Non tamen oportet, quod ipsi (fideles sc.) sumant in utraq; specie propter periculum effusionis & propter periculum erroris, ne simplices crederent, totum Christum sub altera specie non esse &c. Et Thomas quest. 80. art. 12. §. Respondeo. Circa usum, inquit, hujus sacramenti duo possunt considerari; unum ex parte ipsius sacramenti, alterum ex parte sumentium. Ex parte quidem ipsius sacramenti
convenit

convenit, quod utrumq; sumatur, sc. & corpus & sanguis, quia in utroq;
 consistit perfectio sacramenti. Et ideo quia ad sacerdotem pertinet, hoc
 sacramentum consecrare & perficere, nullo modo debet corpus Christi su-
 mere sine sanguine. Ex parte autem sumentium requiritur summa reveren-
 tia & cautela, ne aliquid accidat, quod vergat ad injuriam tanti mysterii.
 Quod præcipue posset accidere in sanguinis sumptione, qui quidem, si incaute
 sumeretur, de facili posset effundi. Et quia crevit multitudo populi Chri-
 stiani, in qua continentur senes & juvenes & parvuli, quorum quidam non
 sunt tantæ discretionis, ut cautelam debitam circa usum hujus sacramenti
 adhibeant, ideo providè in quibusdam Ecclesiis observatur, ut populo san-
 guis sumendus non detur, sed solum à sacerdote sumatur. Quæ excusati-
 ones, an præponderent gravissimis rationibus instituti sub utraq; specie
 sacramenti, & omissione calicis in **QUIBUSDAM ECCLESIS** suffi-
 cienter tueantur, perpendendum relinquimus. Id autem observa-
 mus, non constare etiam illo seculo, in Ecclesiis fideles quandoq; sub
 utraq; quandoq; sub una specie communicasse, licet in **QUIBUS-
 DAM ECCLESIS** observatum sit, ut Thomas ait, ut populo san-
 guis sumendus datus non fuerit. Diversa enim sunt, fideles in Ecclesiis
 olim quandoq; sub una, quandoq; sub utraq; specie communicasse: & in
 quibusdam Ecclesiis populo sanguinem sumendum fuisse nequaquam datum.
 Hoc in seculo XIII. Thomas dixit. Illud imprudenter sparserunt
ICTI Dillingenses. Conatur quidem post alios promiscuam fidelium
 nunc sub una, nunc sub utraq; specie communionem Bellarminus *lib.*
4. de Eucharist. cap. 24. probare ex asservatione specierum sacramentalium,
 ex communicatione domestica ex communicatione infantum, egrotorum,
 Laica, præsanctificatorum, &c. At asservatum fuit & vinum in sacra-
 mento. Ita Bellarmin. *de Euchar. IV. cap. 4. §. Post annum. S. Job. Chrysof. in*
ep. 1. ad Innocentium Papam, quæ extat tum inter opera ejusdem Chrysof.
Tom. 5. tum apud Niceph. lib. 13. c. 19. scribit, milites quosdam ad vespertinam
 magni sabbati sanctuarium ingressos tantum exciisse tumultum, ut & sa-
 cratissimus Domini sanguis, qui erat in sanctuario in eorum vestes effunde-
 retur. Quod autem id gestum non fuerit, dum s. cæna celebraretur, sed
 extra actionem illam, patet ex eodem loco. Ibi enim Chrysostomus hoc fa-
 ctum dicit, cum mulieres jam præpararentur ad baptismum. Constat au-
 tem mysterium Eucharistiæ semper celebrari post baptismum. Quare san-
 guis

NS.

VI

Asservati
 Symbolor
 Euch. ne
 probat c
 munione
 sub una.

gru ille Dominicus, qui in sanctuario erat, non tunc consecratur aut distribuebatur, sed alio aliquo die consecratus fuerat. Card. Barc. n. ad Ann. Chr. 404. cum recitat epistolam Joh. Chrysof. ad Innocent n. 32.

post enumeratam militum in sacrarium irruptionem, qua omnia intus recondita spectarunt, sanctissimusq; Christi sanguis in tanto tumultu in militum vestimenta fusus est, subdit: Videmus non sub specie panis tantum, sed etiam sub specie vini olim sacratissimam Eucharistiam consuevisse recondi. Addit. Habes id quoq; probatum autoritate S. Gregorii, Rom. Pontif. dum ait, in navi navigantes portasse Christi corpus & sanguinem.

VII. Confer & quæ ad factum Gorgoniæ, sororis Gregorii Nazianzeni, disseruimus in Exercit. ad hypotyposin Concil. Niceni sect. 2. §. 10. p. 107. Communicatio domestica facta est etiam sub utraq; specie ad ædes priuatas delata. Hieronymus ep. 4. ad Rusticum, cap. 10. Sanctus, inquit, Exuperius, Toloſæ Episcopus, viduæ Sareptensis imitator, esuriens pascit alios & ore pallente jejuniis, fame torquetur aliena, omnemq; substantiam Christi visceribus erogavit. Nihil illo ditius, qui corpus Domini in canistro vimineo, sanguinẽ portat in vitro &c. Guil. Alanus Card. de Euch. sacram. lib. 1. c. 46. p. 488. Apud Hieronymum Euchar. seruatam & gestatam in utraq; specie ab Episcopo Tholosano Exuperio, videmus in ep. ad Rusticum. Justinus Martyr in Apolog. Διδοῦσιν ἐκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαμβάνειν ἀπὸ τῆς εὐχαριστίας ἅρτους καὶ οἶνον, καὶ τοῖς ἑπαύροις ἀποπέμψαι: Distribuant unicuiq; presentium, ut participet eum, in quo gratiæ acta sunt panem & vinum, & ad absentes deferunt. Et post. ἢ διὰ δόσεως καὶ ἢ μετέληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἐκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς ἑπαύροις διὰ τῶν διακόνων πέμπεται. Distributio & sumptio ex consecratis (sunt a. panis & vinum) unicuiq; fit. Et ad absentes per Diaconos mittuntur. Recitat ista verba etiam Petr. Halloix

VIII. Jesuita in Vita & document. Justini cap. 18. p. 106. nec quicquam circa ea monet. Card. Alanus l. c. Justinus apol. 2. narrat, aliquid & de pane & de calice transmissum ad absentes. Communicationem infantum unum tantum specie peractam ex antiquitate non liquet. Provocant ad Cypriani sermon. de lapsis. Narrat is, quid se presente puellæ in infantia idolis oblata contigerit. Parentes, inquit, forte fugientes dum trepidè minus sibi consulunt, sub nutricis alimento parvulam filiam reliquerunt, relictam nutrix detulit ad Magistratus. Illi ei apud idolum, quo populus consuebat

confluebat, quod carnem nec dum edere posset per etatem, panem mero mixtum, quod tamen & isum de immolatione pereuntium supererat, tradiderunt, Recepit filiam postmodum mater, sed facinus puella commissum tam loqui & indicare non potuit, quam nec prius intelligere potuit, nec arcere. Ignoracione igitur obreptum est, ut sacrificantibus nobis eam secum mater inferret. Sedenim puella mixta cum sanctis, precis nostrae & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis aestu cepit fluctuabunda jaclari, & velut tortore cogente, quibus poterat indicis conscientiam facti in simplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. Ubi v. solennibus adimpletis calicem Diaconus offerre presentibus cepit, & accipientibus caeteris locus ejus advenit, faciem suam parvula instinctu divinae majestatis avertere, & labiis obturantibus premere, calicem recusare. Perstitit tamen Diaconus & reluctanti licet, de sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singultus & vomitus. In corpore atq; ore violato eucharistia permanere non potuit. Sanctificatus in Domini sanguine potus de pollutis visceribus erupit, tanta est potestas Domini, tanta majestas. Quis hinc eliciet morem veterum, quo, ut loquitur Bellarminus, aliquando communicaverint infantes sub una tantum specie, instillando in os eorum aliquid sanguinis Domini? Potuit Diaconus esse persuasus, puellam accipientibus sacrum panem caeteris, ubi locus ejus advenit & ipsam participasse. Ita sane supra pag. 239. b. introducit Cyprianus infantes lapsorum parentes suos inculantes; Nos nihil fecimus, nec de relicto cibo & poculo Domini ad profana contagia sponte properavimus, perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus parricidas. Illi nobis Ecclesiam matrem, illi Patrem Deum negaverunt, ut dum parvi & improvidi, & tanti facinoris ignari, per alios ad consortium criminum jungimur, aliena fraude caperemur? Augustinus, qui ep. 23. ad Bonifac. haec Cypriani verba tractat, communionem infantum sub una specie ex illis nequaquam elicit. At in ep. 107. ad Vitalem scribit: Sic in illa parva etate moriuntur, utiq; secundum ea, quae per corpus gesserunt, id est, tempore, quo in corpore fuerunt, quando per corda & ora gestantium crediderunt, vel non crediderunt, quando baptisati vel non baptisati sunt, quando carnem Christi vel manducaverunt vel non manducaverunt, quando & sanguinem biberunt, vel non biberunt. Autor hypognostic. l. 7. op. Aug. lib. 5. Quomodo vitam regni caelorum promittis parvulis, non renatis ex aqua & spiritu sancto, non

IX.
Commu-
nio egro-
rum non
probat
communi-
onem sub
una.

Et, non cibatis carne, non potatis sanguine Christi, qui fusus est in remissionem peccatorum. Pamelius in notat. ad s. de laps. p. 250 de communione infantum, Quandoquidem apud alios autores rarissima sit illius mentio, suspicor, neq. universalem fuisse, neq. post D. Augustinum diu illam perdurasse. Communicatio egrotorum sub una duntaxat specie nullo idoneo teste probatur. Nam modus communicandi Serapionem in extremis positum, an sit institutioni divinæ usquequaq. conformis, anceps est. Interim utriusq. speciei in eadem repræsentatio est. Presbyter, quem per puerum suum Serapion advocaverat, cum ipse venire non posset, inquit Eusebius lib. 6. H. E. cap. 36. vel sec. græc. 44. βραχὺ τι τῷ παιδαρίῳ τῆς εὐχαριστίας ἐπέδωκεν, ἀποβρέξαι κελεύσας καὶ τῷ πρεσβύτῃ κατὰ τοῦ στόματος ἐπιπέξαι, parum quid eucharistiæ puero dedit, jubens madefactam sc. partem eucharistiæ in vino etiam à puero ex manu presbyteri accepto in os senis infundere. Quia dixit βραχὺ τι non τὸ ἅρτος sed τῆς εὐχαριστίας misisse presbyterum ad Serapionem, nec mandasse, quo madefacere panem missum debeat puer, ut moribundi senis faucibus siccatis præberi possit, ideo verisimile est, vinum à presbytero unà missum fuisse. Facit huc, quod Burchard. Episcop. Wormatiens. lib. 5. decret. cap. 9. ex Concilii Turonensis cap. 4. monet, ut omnis presbyter habeat pyxidem, aut vastantio sacramento dignum, ubi corpus Dominicum diligenter recondatur, ad viaticum recedentibus à seculo. Quæ tamen sacra oblatio intincta debet esse in sanguine Christi, ut veraciter presbyter possit dicere infirmo, corpus & sanguis Domini proficiat tibi &c. *Communionem*

X.
Communi-
o Laica
non probat
communi-
onem sub
una.

Laicam non esse communionem sub una specie, sed vel eam, quæ circa s. Eucharistiam inter Laicos peragitur, ut Pamelius, Durantus, Lorinus & alii volunt, vel in universum communionem, conversationem, statum in Ecclesia Laicum, & privationem jurium & prerogativarum clericalium, ut vult Gabr. Albaspineus Episcop. Aurelian. quem sequitur Joh. Lud. de la Cerda Lojolita, ostendimus in *Mysaria Missæ cap. 8. §. 35. p. 288.* verbis autorum adductis. Addo nunc Ludov. Ceilotium de *Hierarchia & Hierarcha lib. 6. cap. 16. §. 1. p. 479.* De communionem Laica quid, inquit, cognitione dignum afferri potest ab hospite & peregrino in his sacris studiis post eruditissimas dissertationes illustrissimi Gabr. Albaspinei Aurelianensis Antistitis lib. 1. observat. & Joh. Phelip-
pci

pæi in c. 4. Of. v. 8. 9. 10. quorum nomini venerationis ergo semper lubens assurgam. Gaudeo enim Aurelianensi placuisse communionem seu communicationem in Eucharistiæ sola perceptione non consistere. Aliud enim cum alij antea vulgo docerent neoterici scriptores, Ecclesiasticorum canonum opponi posse auctoritatem videbam, qui non tantum in precibus & sacrificijs, sed etiam in cætera vitæ consuetudine communionem aperte ponunt. Nam cum suos olim S. Johannes Eleemosynarius apud Leontium in vita ejus cap. 45. ita monebat: *Nullatenus aliquando hæreticorum communionis, imò coinquinationis participemini; etiamsi omni vita vestra ex aliqua impulsione vel necessitate communionem Catholicæ Ecclesiæ non inuenientes sine communionem permanseritis; h. e. si quæ vos culpa, si qui casus à Catholicorum communionem fecit extorres, ad hæreticorum societatem & consuetudinem ne transfugite.* Præstat enim nulla communionem frui, quam hæretica pollui. Hæc, inquam, cum diceret, solas preces & eucharistiam non indicabat Patriarcha, sed omnia vitæ humanæ officia, in quibus cum hæresi nullam volebat esse societatem. Non enim minus cum hæretico vel excommunicato communicat, qui profanam, quam qui sacramentam cum eo celebrat. Ne in balneo quidem cum Cerintho lavare voluit Johannes Apostolus. Marcionem ne salve quidem dignatus est Polycarpus. Cum Ithacianæ factionis Episcopi in Episcopi Felicis consecratione S. Martinus, quamvis invitus, tamen contra sanctitatis suæ rigorem communicavit. *Sulpit. de S. Mart. dial. 3.* Talem enim cum Apostoli, tum eorum discipuli cautionem in his adhibebant, ut ne sermone quidem cum ullo eorum, qui adulterarent veritatem, communicare vellent, inquit Euseb. *l. 4. hist. c. 13.* Narrat Johann. Moscus in vit. PP. *l. 10. c. 40.* Abbatem Cosmam mortuum hæretici gregis Episcopum vitare in sepulchro voluisse, ne ejus communionem scædaretur. Eliberitani Concilii Canon Episcopos prohibet accipere munera ab eo, qui non communicat. Hoc igitur cum fusc probatum sit ab Aurelianensi Episcopo, in quo præcipuum disputationis suæ robur & fundamentum collocat; ajo ego cum illo, Communionem, de qua hoc loco, nihil esse aliud, quam unitam cum alio in rebus sacris profanisq; vitæ societatem, quæ, cujus fidei quisq; sit & quo in Ecclesia ordine positus, testatur. Quia tamen maxima & præcipua pars illius communionis in sacramentorum participatione, ac præfer-

tim Eucharistiæ, consistit, atq; ex loco, quem quisq; in Ecclesia inter precandum communicandumq; servabat, singulorum ordinem & in rebus cæteris communicationem æstimarunt fideles, idcirco fatendum est, nomine *communio* non raro statam & publicam in rebus Ecclesiasticis & synaxi communicationem apud scriptores antiquos intelligi, quæ cæteram vitæ societatem & inferat & demonstret. Quod egregie monstratur Eliberitano Concil. adversus mœchos *can. 47. si se promiserit cessaturum, deturei communio, si resuscitatus* (è morbo & mortis faucibus ereptus) *mœchatur, placuit ulterius non edere eum de communione panis.* Itaq; cum in illo Ecclesiasticæ disciplinæ rigore stellæ omnes manerent in custodiis suis & aliter Episcopi invicem, aliter Presbyteri & Clerici, atq; aliter Laici sacramenta, preces, vitæ communis consuetudinem, obirent, diversæ pro cujusq; modo & statu communionis distinctæ sunt, *Sacerdotalis*, quæ Episcoporum, *Ecclesiastica*, quæ Clericorum, *Laica*, quæ sancti populi; ut aliud nihil sint, quam vitæ sacra & profana inter fideles modus, tali statui, puta Episcopo, Sacerdoti, Diacono, Laico conveniens & ævetus: & Laicè communicare sit, in Ecclesia & extra Ecclesiam inter Laicos censeferi, more Laicorum vivere, ritu Laico sacramenta participare, privilegiis Clericalibus non participare. Nam Laica communio Laico homini gloria est, Clerico dedecus & pœna &c. Vide verò de Laica Commun. latiss. disputantem Chamierum *Tom. 4. Panstrat. Cath. lib. 9. cap. 3. num. 21. & seqq.* Præsanctificatorum communionem non esse communionem sub una, ostensum est à me in exercit. ad hypotypof.

XI. *Præsanctificatorum communicatio non probat communem sub una.*
 Concil. Nicæni *cap. 2 §. 28. p. 129.* Certè Liturgia præsanctificatorum disertè meminit τῶν περὶ κειμένων φεικτῶν μυστηρίων: & rursus aliquantò post: τῶν ζωοπιῶν μυστηρίων, quæ non sunt solus panis, ut ex communi loquendi consuetudine apparet. Imò gratiarum actio meminit τῆς μετὰλήψεως τῆς αἰῶνς σώματος καὶ αἱματος Christi. Et in ejusdem liturgiæ initio dicitur, *tunc sumere sacrum panem cum conveniente honore, in sacrum autem poculum infundere vini & aquæ quantum satis est.* Meminit etiã factæ in communione præsanctificatorum τῆς τῶν μυστηρίων τελευτῆς *Socrates lib 5. cap. 22. τῶν θεῶν τῆ χειρὸς τῆ Θεοῦ μυστηρίων, Theodorus Petreor. Episc. in vit. S. Theodosii Archimandrita.*

drina. Τῶν θεῶν μυστηρίων Cyrillus Scythopolitanus in vita S. Sabae, quos allegat Leo Allatius in ep. de Miss. præsanctific. n. 2. ad Gabr. Naudæum. Eodem allegante n. 7 Nicol. Cabasilas in exposit. Missæ cap. 24. ipsa προηγιασμένα præsanctificata vocat δῶρα τέλεια καὶ ἡγιασμένα καὶ σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ. Et Simeon Thessalonic. in opusc. contra Graecos vocat in Missa præsanctificatorum τὸ κατεχόμενον ἐν τῷ δίσκῳ, τὸ πάνανθρον Ἰησοῦ σῶμα μετὰ τοῦ θεοστολάκου αἵματος. Et Gabriel Pentapolitan. Metropolita iure graecorum, resp. 56. vocat proposita in Missa præsanctificatorum, τετελεσμένα μυστήρια, καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ, & propterea summa veneratione excipienda. Nam, inquit, si πρὸ τῆς τελεθῆναι antequam perficiantur vel ritu sacro Deo commendentur digna existunt τὰ δῶρα δόξα (h. e. panis & vinum sacro usui destinatum; hæc enim in omnibus liturgijs δῶρα vocantur.) veneratione, velut antitypa Deo, consecrata, multo magis cum divina gratia perfecta sunt τετελεσμένα ὄντα τῇ θεῖα χάριτι. Illa ipsa δῶρα, & corpus verè & sanguis sunt Christi, venerationem merentur. Et num. 16. citat Nicetam Pectoratum, quia ait: Post lectionem prophetarum, constitutas orationes à magno Basilio facientes, à propositionis altari, & orantes super ipsis δῶραις, insuper autem & traditam nobis à Domino orationem, dicentes, τὰ προηγιασμένα ἅγια τοῖς ἁγίοις præsanctificata sancta sanctis; καὶ ἐνώσαντες μετὰ λαμβάνομεν. Humbertus Sylvæ Candid. Episc. vertit, & unientes illa communicamus pane & calice mysteriorum Christi. Tanquam aliquid in graeco omissum esset. Num. 17. adducit Michaellem Anchial. Patriarch. Constantinopol. cujus hæc sunt verba de communione præsanctificatorum: Cum tempus communionis instat, paulò ante præjacentem calicem tangunt Diaconi, nec clamant, ut in perfectis liturgijs fieri solet, Reple Domine, sed, Benedic Domine. Et sacerdote dicente, Benedictus Dominus Deus semper, præsanctificatus & antea perfectus sanctus panis in mysticum calicem injicitur; & sic vinum, quod in eo est, in sanctum sanguinem Domini immutatur, atq; immutari creditur. Postmodum sanctorum communicatio sequitur. & Michaellem Thessalonicens. qui ait: quæ in calice sunt in præsanctificatorum Missa, sanctificantur participatione & unione vivifici panis, qui verè

corpus Christi est, & jam sanguine tinctus. Et num. 19 notat Allatius, etiã ante dictam corporis Christi & vini commixtionem, corporis Christi illiusq; sanguinis, ac si sibi essent, memoriam inculcari a Græca Ecclesia. In oratione enim, quæ in ingressu & asportatione ipsa præsanctificatorum habetur, dicitur: *Ecce immaculatum illius corpus & vivificans sanguis, postmodum introeuntia, mystico huic sunt apponenda altari, à multitudine celestis exercitus invisibiliter consipata, quorum communionem inculpatam nobis impendito.* Conf. Officium de mysterijs ante consecratis in *Euchologio Græcor. p. 187. & seqq.* & notas ad id Jacobi Goarj Parisini pag. 209. Petr. Arcudium Corcyræum de *Conf. Orient. & Occid. Eccles. lib. 3. cap. 57. & seqq. p. 341. etf.* Ex his igitur varijs ritibus in-differentia communionis Eucharisticæ nequaquam stabilitur. Sunt,

XII.

Synodus Ephesina cõ-munionem sub una nõ sanxit. qui communionem sub una ab ipsa Ephesina synodo, magna & venerabili, contra Nestorium decretam fuisse asserunt. Ita post alios Jacob. Gorscius Polonus in prælect. Plocens. de Euchar. sacramento cap. 8. pag. 197. *Secuta, inquit, tempora, quibus Nestoriana hæresis vigeret, ad quam tollendam Concilium Ephesinum tantum unius speciei communionem decreto suo confirmavit at totum Christum sub altera specie sumi docuit. Quæ ratio communicandi sub Leone & Gelasio vires maximè sumsit. Nam ita passim per Ecclesias vigebar & serpebat, ut illa, quæ sub utraq; specie esset, valde frigeferet & à paucioribus observaretur, ita tamen, ut utriusq; rationis communicandi libera potestas cuiquam esset, sive vellet altera tantum uti, sive utraq;. Hæc ita confidentissimè commemorat Gorscius. Sed unde probat? Nullo planè documento. Cap. 6. p. 168. eadem temeritate, si, inquit, nefas contra Christi institutum sejungi species, quomodo Synodus Ephesina cui tanta autoritas tribuitur, ausa fuerit decernere sub una specie tantum Eucharistiam populo dari? Nam cum Nestorius putaret & doceret, carnem Christi sine sanguine panis & sanguinem absq; carne calici inesse, Ephesina synodus, cum cæteris ejus erroribus, eum quoq; errorem damnavit, carnem Christi sub specie panis unã cum sanguine & sanguinem in calice unã cum carne esse docuit. Nec carnem absq; sanguine, nec sanguinem sine carne (quod falso Nestorius docebat) credi permisit. Sed ubi caro Christi viva esset, ibi & sanguinem esse vivum, ac vicissim à sanguine ejus nulla ratione abesse carnem, conclusit, & qui carnem solam absq; calice sumeret, integrum Christum sumere, unã cum car-*

ne,

ne, sanguinem ejus potare eum decrevit, cum Christo sit indivisus. Decrevit itaq; ea synodus Spiritu s. veritatem se docente, & sanguinem virum in carne illa, quæ sub specie panis visibilis à fidelibus accipitur, esse, & in sanguine carnem, & qui alterutram speciem sumeret, eum utramq; sumere. Quod si sacramenti Eucharistici divisio instituto Christi adversa esset, quo Spiritu Ephesina Synodus, cui tantum tribuitur, dividere eam aUSA fuisset? Quomodo refellens Nestorij errorem, sub altera tantum specie Eucharistiam dari publicè præcepisset? Sed unde probat Gorscius factū? Audi antiquissimos autores testes! Intermissam autem alteram speciem ad refellendum istum errorem Nestorij magni viri scripserunt, ut Cajetanus, D. Hofius, Barth. Latomus, Joh. Hessel; & inter Ecclesiæ hostes suis in locis communibus ita se rem habere Urbanus Reginus constitetur. Sed est ante hos Gabriel Biel, non aded recens autor, cuius verba sunt: Alia causa cessationis ab huiusmodi ritu communicandi sub utraq; specie fuit, ut tollerentur errores, qui ex communicatione sub utraq; specie orti fuerant & oriri poterunt. Credere poterat communis populus ex tali communione, Christum non esse totum, verum & perfectum sub una specie, quantum sub duabus, ut hoc multi hæreticorum de facto adstruxerunt. Nestorius enim sub specie panis tantum corpus Christi esse, dogmatizabat, sine sanguine, & sub specie vini sanguinem tantum, sine corpore, pro eo, quod in paraseve corpus separatum fuit à sanguine. Vidit Gorscius, nomina illa allegata recentia esse, nec testari posse id, quod in controversia est, quia & ipsa sunt in controversia posita. Ideoq; altius requirit & circumspicit testimonium. Dum nullum in promptu habet, inquit: Ambigitur, à quo ista de Nestorio magni isti viri didicerint, cum nec Acta Ephesini Concilij, nec Cyrillus ipsum de istis insimulent. Attamen fortasse antiqui scriptores pleniora acta Concilij istius habuerunt, aut autores habuerunt vetustiores, qui id Nestorio imputarent. Sed FORTASSE per NON FORTASSE solvitur. Et Domin. à Soto in 4. Sentent. dist. 12. quaest. 1. artic. 12. inquit: Cajetanus radicem moris huius in Nestorianos & Pelagianos reducit, sicut & alium de eodem sacramento infantibus porrigendo. Attamen hunc secundum jam supra articulo 9. diximus non esse verisimile, apud Pelagianos viguisse, utpote qui infantes, ut haberent vitam eternam, nulli arbitrabantur indigere sacramento. Neg. v. Nestoriani in Concilio Ephesino

30
 sino hoc errore notantur, sed quod corpus in Sacramento non divinitati
 unum credebant. Accedit Gabr. Vasquez de Sacram. disp. 216. cap. 4.
 & ait: Vsq; ad tempora Concilij Constantiensis, ubi primum sublatus fuit
 Laicis usus Calicis, nullum fuisse exortum errorem circa integritatem Christi
 sub qualibet specie. Quare, concludit, dici non potest, ad tollendum illum,

XIII. *Comunio*
 circa tempora Eadbaldi Regis in Anglia etiam viguisse, Guil. Alanus de
 sub una nō Euch. lib. 1. cap. 46. probare cupit, cum ait; valde probabile est & nescio,
 fuit usita- an certum, Ecclesias Anglicanas etiam ante tempora Bedæ præbuisse publice
 ra in An- plebi fideli solam panis speciem, sicut bodie. Vide lib. 2. hist. Gentis Anglor.
 glia tem- cap. 5. Sed non satis certum est. Ita refert Beda! Post mortem Edilberhti,
 pore Bedæ: cum filius ejus Eadbald regni gubernacula suscepisset, magno tenellus adhuc
 ibi Ecclesie crementis detrimento fuit. Siquidem non solum Christi fidem
 recipere noluerat, sed & fornicatione pollutus est tali, qualem nec inter
 Gentes auditas Apostroæ testantur, ita ut uxorem Patris haberet. Quo utroq;
 scelere occasionem dedit ad priorem vomitum revertendi, his, qui sub im-
 perio sui parentis vel pavore vel timore regio fidei & castimonie jura susce-
 perunt. Nec supernæ flagella districtiois perfido Regi castigando vel corri-
 gendo desuere. Nam crebra mentis vesaniæ & spiritus immundi invasione
 premebatur. Auxit hanc procellam huiuscemodi perturbationis etiam mors
 Saberechti Regis Orientalium Saxonum, qui, ubi regna perennia petens, tres
 filios suos, qui Pagani perduraverunt, regni temporalis hæredes reliquit, ce-
 perunt illi mox idololatriæ, quam vivente eo aliquantulum intermississe vi-
 debantur, palam servire, subjectisq; populis idola colendi liberam dare li-
 centiam. Cumq; viderent, Pontificem celebratis in Ecclesia missarum sob-
 ennijs Eucharistiam populo dare, dicebant, ut vulgo fertur, ad eum barba-
 ri, inflati stultitia; quare non & nobis porrigis panem nitidum, quem &
 Patri nostro Saba (sic namq; eum appellare consueverant) dabas & populo
 adhuc in Ecclesia dare non desistis? Quibus ille respondebat, si vultis ablu-
 i fonte illo salutari, quo Pater vester ablutus est, potestis etiam panis sancti,
 cui ille participabat, esse participes. Sin autem lavacrum vitæ contemnitis,
 nullatenus potestis panem vitæ percipere. At illi; nolumus, inquirunt,
 fontem illum intrare, qui nec illo nos opus habere novimus. Sed tamen pane
 illo resciri volumus. Cumq; diligenter ac sæpe ab illo essent admoniti, nequa-
 quam ita fieri posse, ut absq; purgatione sacrosancta quis oblato sacro-
 sancta

sanctæ communicaret, ad ultimum furore commoti ajebant, si non vis assentire nobis in tam facili causa, quam petimus, non poteris jam in nostra provincia demorari. Ista Beda. Sed quomodo sequitur; Angli voluerunt panem nitidum; E. voluerunt communionem sub una. E. valde probabile est & penè certum, Ecclesias Anglicanas ante Bedam sub una communicasse? Nullatenus igitur verum est, quod tamen tanta scribunt confidentia J.Cti Dilingenses; *olim in Ecclesiis fideles quandoq; sub una specie communicasse.* Deniq; J.Cti Dilingenses malè dicunt, *errare Confessionistas, quod ex abusu quarundam rerum ipsum usum tolli cu-nistæ no-piebant &c.* Nam indulgentiæ, quas sublatas penitus cupiebant, sunt mine ab ipse abusus magni & solatij plenissimi penes Ecclesiam depositi, quod suum reru est, positus inter nos λόγος τῆς κειται ἰδρα γῆς. 2. Cor. 5, 19. seu potestas usum non clavium ligantium & solventium, Matth. 16, 19. Joh. 20, 23. partim, quia tollunt, componuntur ex impossibilibus, partim, quia more vetito applicantur. Conf. Theol. Zachar. part. 1. cap. 7. §. 96. p. 109. & seq. Missæ illæ privatæ & angulares, quas quotidianas vocant, sunt ipse abusus sanctissimi mysterij Eucharistici. Vota Monastica, uti nunc sunt in sua concepta forma, sunt ipse abusus obligationis hominum ad cultum & ministerium divinum, contra id, quod in potestate hominis, etiam regenti & ordinarium usum donorum non respicientibus, non est, pugnantis. Confer in primis nostrum Indicem Iniquitat. Moguntinens. pro Paralleis Monastico-Academicis. Non Clerus, non Monasteria à Confessoribus inter abusus ponuntur. Horum sanè illi reformationem intensissimis votis desiderarunt. Vide Hodegetic. meum Anti-kircher. in præliminar. §. 28. p. 159. & seqq. Apage igitur collationem indulgentiarum & votorum Monasticorum cum scripturis. Hactenus exegesis Critica.

CAPUT IV. HISTORICA.

Historicorum in hoc præcæmio commemoratorum hæc potissimum sunt capita. I. Famam à Pontificiis excitatam esse, Confessionistas in pluribus articulis fidei ab Ecclesia Catholica dissentire. II. Populum Christianum cum gemitu gravi & perpetuo sub onere abusuum difficillimorum jacuisse, & contra conscientiam eosdem observasse. III. Miras calumnias de Confessionistis in publicum sparsas esse, in eum
omni-

Conf. Pro-
rom. An-
ticris. de
pace relig.
13. & seq.

omnino finem, ut odia hominum adversus eosdem inflammarentur. IV. Per illas calumnias statim in principio dissidium inter ordines Ecclesie sua habuisse incrementa, & etiam nunc sua habere fomenta. Hæc facile verificari possent, si scriptorum illius temporis Pontificiorum, si Colonienfis, Parisiensis, Lovanienfis Acad. censuras, si Re-cessus S. R. imperii, & decreta, imprimis Wormatiense & Augustanum, si historiarum monumenta, quoad 1. 3. & 4. in præsens excutere, & hic cumulare instituti nostri esset. Secundum caput ipse Catalogus testissimorum suffragia produnt. Notus est liber cui titulus ONUS ECCLESIE, cujus autorem vocat *Joh. Clemen- tis* Dan. Chamier in *Panstrat. Cathol. Tom. III. lib. 16. cap. 4. num. 21.* Onus hoc compilatum dicitur Anno 1519. Sanè cap. 15. mentio fit n. 1. M. Lutheri, tanquam multa temerarie & contumeliose scribentis. In eodem tamen cap. 15. onera indulgentiarum ad perniciem infinitarum animarum vergentia latisimè exaggerantur. Et cum objicitur, in dispensatione thesauri indulgentiarum Pontificem Rom. non posse errare, respondet n. 34. *Summi quoq; Pontifices illud pestiferum considerant dictum*, non præsumi, tantæ celsitudinis apicem errare. *Verum Pontifex tot monstris dæmonum & impiorum aulicorum est obsessus magis quam stipatus, non potest errare nisi cum totius Ecclesie maximo damno. Assentatur in super eidem Pontifici adulatione illa, in scrinio pectoris sui esse omnia jura. Unde in V. T. Pontifex rationale ferebat in pectore. Sed Pape pectus non semper justum: exinde nonnullæ injuriæ sæpe emanant, quia carneum est, atq; Papa homo unus ex ipsis, quorum curam habet, quibus aliquando non solum errores, sed & portenta placent. Et licet Papa cum Cardinalium cœtu censeatur esse Ecclesie virtualis & representativa, tamen errare potest; tamen si universalis Ecclesie, quam representat legitimum concilium generale, errare nequeat. Advertendus est itaq; Papa, quando ut Papa, id est, secundum canonicam scripturam loquitur, non quando secundum arbitrium sui capitis præfatur. Alioquin multorū crudelium Pontificum cædes, HÆRESES, factiones, aliq; facinora præsumerentur fuisse beneficia piorū Pastorum, cum tamen fuerint immunia tyrannorū atrocina.* Caput XIX. exponit in dispositione Rom. curiæ. §. 26. gemitus oviū oneratarū exprimit ex Catharina Senensi. Cap. XX. agit de excessibus Episcoporū, Cap. XXI. de prælatorū aliorūq; Curatorū vita vitiosa. Cap. XXII. de perversione religioforū & capitulariū Clericorū. Cap. XXIII. de criminibus commu- nis Cleri. & sic deinceps,




ABVSVM DI
sanctæ communicaret, ad ultimum furore com-
tine nobis in tam facili causa, quam petimus,
vincia demorari. Ista Beda. Sed quomodo
panem nitidum; E. voluerunt communior
babile est & penè certum, Ecclesias Angl
communicasse? Nullatenus igitur verum
bunt confidentia JCTi Dilingenses; olim in
una specie communicasse. Deniq; JCTi Dili
in eo Confessionistas, quod ex abusu quarunda
piebant &c. Nam indulgentiæ, quas subla
ipse abusus magni & solatij plenissimi pen
est, positus inter nos λόγος Ἰησὺ κατὰ Ματθ.
clavium ligantium & solventium, Matth. 16
componuntur ex impossibilibus, parti
cantur. Conf. Theol. Zachar. part. 1. cap. 1.
illæ privatæ & angulares, quas quotidiana
sanctissimi mysterij Eucharistici. Vota Mo
concepta forma, sunt ipse abusus obligatio
ministerium divinum, contra id, quod in p
geniti & ordinarium usum donorum non
gnantis. Confer in primis nostrum Indice
pro Paralleis Monastico-Academicis. Non
Confessoribus inter abusus ponuntur. H
nem intensissimis votis desiderarunt. Vid
kircher. in præliminar. §. 28. p. 159. & seqq.
indulgentiarum & votorum Monasticorum
mus exegesis Critica.

CAPUT I HISTOR

Historicorum in hoc proœmio commu-
num sunt capita. I. Famam à Pontificiis
onistas in pluribus articulis fidei ab Ecclesia
pulum Christianum cum gemitu gravi & per
difficillimorum jacuisse, & contra conscia
III. Miras calumnias de Confessionistis in p

31
non vis assen-
in nostra pro-
gli voluerunt
E. valde pro-
dam sub una
en tanta scri-
quandoq; sub XIV.
icunt, errare Confessia-
usum tolli cu- nistæ no-
iebant, sunt mine abu-
epositi, quod suum reris
seu potestas usum non
partim, quia tollunt,
verito appli-
& seq. Missæ
t ipse abusus
ac sunt in sua
ad cultum &
nis, etiam re-
non est, pu-
loguntinent.
Monasteria à
reformatio-
meum Anti-
collationem
aris. Hacten-

hæc potissi-
, Confessi-
ntire. II. Po-
ere abusuuum
n observasse.
esse, in eum
omni-



the scale towards document